



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XIX. Iac. Sadoletvs Episc. Carp. August. Triuultio Cardinali S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

portus fortunis omnium futurus est tutissimus. Sed ego impro-
dientia labor, qui hæc te admoneam, cui non minus nota sunt
quam mihi. Quamobrem de his hæcenus. Illud silentio non
præteribo, quod me meus erga te amor animo & lingua v'surpans
sæpè cogit, me tuum esse cum omnibus meis, atque ita tuum, ut
qui te ex animo magis diligit, quam ego & diligo, & omni cultu
obseruantiaque complector, habeas profectò neminem. Val.
Carpentoraëti, VI. Idus Nouemb. M. CCCC. XXXI.

XIX.

IAC. SADO LETVS EPISC. CARP.
August. Triuulvio Cardinali. S. P. D.

ACCÉPI literas tuas, quas ex Vrbe ad me dedisti: in quibus
recognoui animum tuum pristinum propensum in rem
dignitatem ecclesiasticam: tuamque erga me plenam amicitiam
studij voluntatem: pro qua tibi me vehementer obstrictum esse
sentio. Sed accidit mihi per incommode, ut molestissimo morbo
impediret, quominus, quod maximè cupiebam, crebrius ad
te scriberem. Nihil enim fieri potest amore in te meo, & volun-
tate tecum per literas quasi colloquendi, ardentius. Quo è morbo
si emerisero, nullum à me officium beneuolentissimi homi-
nis requires. Nunc ut se res habet, quamquam spem propinquam
optatæ salutis iam habeamus: sumus tamen admodum imbecilli.
Quòd cum summo Pontifice diligenter egeris, populosque
li hocce commendaris, qui etiam sua sponte plurimum debent
esse commendati, pertinuit hoc ad fidem quoque tuam, & ad au-
thentissimam hominis auctoritatem: quæ tum maximè gravis est, cum
utilitati publicæ suffragatur: in qua quod te video & animo
cogitatione esse intentum, maiorem in modum tibi gratulor.
Vera enim est laus, & meo quidem iudicio omnium maxima
dignitas qua quis plurimum potest, & sapientiam qua est pre-
ditus, ad alienum commodum potissimum, & ad utilitatem Re-
pub. conferre. In qua procuranda eum & mihi, & cunctis qui
commune bonum contendunt, præposita sit & opera & pruden-
tia tua: iure & tu magnus, & nos qui tua amicitia fruimur, ho-
rentes per te, atque honesti sumus. Sed quid in his locis narra-
gatur, quod quidem cognitione dignum sit, quoniam & legi-
tus missus est dedita opera, qui Pontificem de omnibus rebus
edoccat, & idem meas literas meaque mandata ad te perculit.
modo isthuc peruenit, nunc non est commemorare necesse. Illud
tibi non dubium esse volo: in omnibus quæ gerentur, quæ
que contingunt, tam publicis, quam priuatis meis & propriis
me semper in tua fide, patrocinio, beneuolentia, autoritate
plurimum
Val. C.

plurimum esse presidij atque opis mihi constitutum arbitrari.
Vale. III. Nonas Martias, M. D. XXXII. Carpentoracii.

XX.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.
August. Triulvio S. R. E. Cardinali S. P. D.

Nisi mihi accedere potest tua erga me benevolentia gratias, quae quidem quotidie magis apparet exiis, quae mea caelo dicit, aut facis. In quibus est patrocinium hominis amplissimum, atque omni honore laeque dignissimi mihi peroptatum est: amor tamen tuus multo est iucundior. Sed quod ad postulata illa attinet, quorum tu exemplum mihi mittendum curasti, res mihi ipsa iam pridem fuerat nota. Nam & ille qui illas res per te, diu ante mecum communicauerat: egoq; illi vehemens dissuasor fueram: non minus hercule quietis & vilitatis ipsius, quam publici boni causa. Videbam enim, id quod eerte contingeret, si haec oppida permutasset Pontifex, non sine magno tumultu rem futuram. Sed est minime illius hominis consilia mihi probabantur: tamen quod cogitationes suas commiserat mihi, idemq; imprimis habuerat: cuiusdam religionis officij impediri me arbitrabar, quo illi minus obstarem. Atque ita etiam vincto interpretor: neq; existimo posse me fide integra quippiam sollicitus eum moliri, aut foribere. Illud mihi quidem nouum & mirabile vilius est, eum ipsum Regem, qui illum hominem alieno beneficio ornare conabatur: suis & maiorum suorum beneficiis, quae ab regia liberalitate iam diu erant profecta, eum spoliasse, & praeripuisse. Scito enim duo vel praecipua oppida fuisse illi adempta, & ad Regiam ditionem reuocata, quae ipse & maiores sui tenuerunt. Quamquam haec lex non illi soli proposita est, sed omnibus ad quos quoquo modo Regum beneficia eiusmodi his ducentis annis pertinerant: ut cogantur cuncta restituere, & quicquid illud est, quod ius aut nomen obtineat oppidi, id remittere regi. Quod vix iam haecenus tentatum sit, neq; transeat ad sacerdotes. Quod si acciderit, non mirabor, quando qui istuc regnant, nomen fortunasq; sacerdotum omnibus modis dilacerandas praebent. Qui enim sancti apud ceteros, & venerabiles esse possunt, si a turribus suis sic despiciuntur? Quod repugnantiam epistoliarum mearum idemq; testimonij, quod ego vnius hominis reprehensionis primam, deinde laudi praebui, excusaris apud summum Pontificem, veramque rationem in excusando adiunxeris: non dici poterit, quam mihi feceris gratum. Nec in eo tamen humanitate solam & benevolentiam erga me vides, sed summa etiam & singu-